a florentinis urbs capienda fuit.
Perussis igitur multis et clade peremptis
Sunt ex nobilibus sub iuga mille dati
Diripiunt etiam temptoria cuncta relicta
Turbaque captivis rebus onusta redit.
Arma crucem currum referens que senensia signa
et decus eternum promeruere tibi.
Protinus ad castrum redeunt et funditus illud
et capiant in tot ibi quot remorantur ibi.
Perpetuo timeant ergo doleantque senenses
et toties victi colla subacta gerant
At decus Italie florentia florida gaude
Militibus indulge colla superba doma.

1208 Anno vero sequenti, licet quidam
dicerent opus non esse super senenses
iterum militare, cum incumberent
pigneri, et quidam dicerent arborem
ex parte iam incisam, ne fructus inde
oriretur ex ea, esse penitus extirpanda.
hec tamen maiori parte volente
assumpto victorioso carrocio denuo
intraverunt senensem potentissime
comitatum et intrantes regionem
ascialingam obsiderunt castrum

quod dicitur